



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori de Ortega Sanclementini, E' Societate
Iesv. Qvondam in Provincia Toletana Theologiæ
Scholasticæ publici Professoris ... Tractatvs Dvo, De
Trinitate, Nec non, Incarnatione**

Ortega, Cristóbal de

Lugduni, 1664

Qvæstio III. An data offensæ mortalis infinitate ad eius satisfactionem
exhibendam necessaria Incarnatio fuerit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94251](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94251)

CERTAMEN IV.

Corollaria præcedentis Doctrina.

EX hac doctrina inferre licet an poena mortalis aliqua, vel sensus, vel damni aliquandu in damnatis cesset, nec tota duret æternitate. Et quidem de poena damni nemo hæctenus asseruit in damnatis aliquando cessaturam absolvere de poena vero sensus; & cruciatuum tandem aliquando absolute cessaturam nonnulli ex verustioribus Theologis asseruerunt quia cum meritum poenale cruciatuum decedat in mortali finem ut sit, finitæ temporis propositione rarius, vel brevius solvendum videtur. Verum erronee, & inconsequenter docuerunt. Erroneè quidem: quia poena omnis siue sensus siue damni æterna est denunciata à Deo decedens in mortali: inconsequenter autem, quia cum poena damni ad id maior sit, quam sensus, & cruciatuum poena, ut illa proinde essentialis, ac substantialis, hæc vero accidentalitasque insuper poena damni sit in omnibus damnatis æqualis: si ratio illa finitudinis demeriti poenalis probat tandem aliquando in damnatis defectum, brevis adhuc defectuam absolute in illis damni poenam probabit. Nam solutione maioris poenæ pro merito poenali eodem citius, breviusque, quam solutione poenæ minoris extinguitur meritum, seu debitum illud poenale, sed certe erroris, & inconsequentiz huius occasio præfatis Doctoribus fuit, quod dignitatem formalem subeundi poenæ à Deo, quæ in mortali damnatorum est non attenderunt, sed dignitatem solum meritoriam illa siquidem dignitate formali æterna, recteque à meritoria distincta aliter in hac quæstione discurrerent.

2 Ex eaigitur inferendum est, nullam poenam, siue sensus, siue damni damnatis absolute cessaturam, ut fides docet, per æternitatem quia tota æternitate dignitas formalis ad poenam inimicorum Dei damnatorum, quorum peccata irremissibilia sunt, durabit, cuius titulo digne, iusteque, à Deo utraque poena per æternitatem punientur. Ex ea vero ratione dignitatis merito mortalis peccati, quæ finita est, illud plane conuenitur, eius titulo damnatis non esse puniendos à Deo per æternitatem neque sensus, neque damni poena. Sed ad tempus solum, vel brevius, vel longius pro minori, vel maiori delictorum damnati cuiusque malitia, & meritoria poenarum dignitate itaque ad tale, vel tale tempus, ex quo damnatus in mortali decedit duplici titulo utraque poena à Deo punitur ubi autem tempus illud in quo tantum poenæ receperunt, quantum merito poenali proportionato malitiæ mortalis, pro quo damnatus patitur, respondet, absolutum est iam deinceps solo titulo dignitatis formalis punitur quia finita illa dignitas meritoria poenarum, finito tempore perfectionis illarum soluitur in inferno etiam: non secus ac si quis sola gratuita infusione gratiæ sine vlla dispositione, ac satisfactione pro debito ante rei mortalis à se exhibita iustus decederet totum meritum poenale mortale illius deferret in purgatorium, illudque temporali poenarum perfectione solueret, atque extingueret. Nec refert posse Deum fere totum utriusque poenæ pondus damnatis titulo dignitatis formalis infligere, ac pauculum singulis diebus titulo meritoria dignitatis: quantumvis enim pauculum continuo poenæ hoc titulo finito impendat illud solum facere poterit vel longiori tempore titulo etiam meritoria dignitatis finitæ puniat damnatum, non autem ut puniat eo titulo per æternitatem quantumvis enim subtiliter extenuatum dilatetur, quod finitum est, nequit ad infinitatem aliquam extendi.

3 Infero secundo contra Soarium, Vazquium, ac Doctores communiter cum Vvadingo n. 34. non debere Dei in remissione cuiusvis mortalis poenam æternam commutari in temporalem sed potius poenam æternam prorsus perire, ac remanere temporalem, quæ ante mortalis remissionem erat prorsus eadè, & æqualis, nisi qui

R. P. Christoph. de Ortega, de Dei incarnat.

iustificatur actibus satisfactoriis intercedentibus iustificetur. Ratio est ex dictis perspicua: quia dignitas poenæ æternæ stat in æternitate durationis dignitatis formalis ad poenam à Deo inimico subeundam, ut diximus: cum autem hæc dignitas formalis inseparabiliter, & identicè re ipsa coniuncta sit cum malitia, & macula mortalis eo quo æternitas macula mortalis rursus perit non potest non æternitas dignitatis formalis peccati illius mortalis perire: at remissione mortalis perit malitiæ, & macule ipsius æternitas: ergo & æternitas dignitatis formalis peccati mortalis ad poenam remissione peccati mortalis necessario perit: ac proinde non commutatur poena æterna, seu dignitas ad illam temporalem illud vero in Vvadingo æquo animo ferre non possum, quod præter poenam æternam, non naturalem, sed legalem, ut ipse tandem putat, poenam aliam sensus intrinseco merito mortalis respondentem super addi à Deo damnatis asserat, sine vilo in scriptura, aut Patribus fudamēto: quasi satis poenarum miseri non sit, quod merebuntur solummodo temporaliter attenda delictorum suorum malitia, & merito poenarum valore æternum Dei lege fieri, quod Dei benignitate attenda factis videretur durum. Ego vero licet utramque poenam sensus ex iustitia vindicativa naturali infligi damnatis à Deo posse non dubitem, alteram ob meritoriam; alteram ob formalem dignitatem mortalem, eam solum, quæ meritoria responderet infligi de facto per æternitatem, vera, conformior, ut puto, sensui Patrum clamantium Deum damnatos punire citra condignum.

4 Tertio denique infero multitudine venialium (licet nequeat dignitas formalis mortalis, in qua sola inimicitia inter Deum, & peccatorem fundatur) re ipsa non differat ad eamque malitiam mortalem, & inimicitiam cum Deo multitudine venialium, quam maxime nequit peruenire, æquari posse meritoriam dignitatem poenarum peccati mortalis. Probatur facile ex dictis: si enim dignitas meritoria mortalis ad tempus est, ut pote finita, pone furti mortale vnita, minimum mortali sui generis mereri poenam damni, & sensus per mille. v. gannos, coniunge mille venialia, quorum vnumquodque per annum idem, siue tantumdem mereatur, Nam & visionis Dei priuatione ad tempus ob venialia amicos Dei in purgatorio puniri, nec sola poena sensus certissimum est ecce mille illa venialia meritum tantum habebunt poenarum, quantum habet illud mortale minimum furti: ergo multitudine venialium potest æquari meritum poenarum mortalis, quod si plura; & plura venialia coniungas posse æquare illa sui pluralitate mortale summum indignitate meritoria poenarum facile deduces.



QVÆSTIO III.

An posita malitiæ aut offense mortalis infinitate ad satisfactionem pro illo necessaria fuerit incarnatio?



AD totam commentitiæ huius mortalis infinitatis concussionis videndum est, quo fructu fuerit in Theologiam inuicta. Etenim eo solum commodo fuit ab aliquibus excogitata, ut ad faciendum pro mortali rigidam & absolutam physicam, aut metaphysicam incarnationis necessitatem à Patribus, ut putabant, asserant, tuerentur. Hunc ergo: An posita eiusmodi infinitate, ea rigida necessitas defendatur: in examen vocamus. Neque enim adeo certo vnum ex alio inferri rationes subiiciendæ probare, videbuntur; quare nullo fructu in Theologiam inducitur; imo & certius alterius dogmatis incommodo.

CERTAMEN I.

Si in mortali offensa, sicut malitia infinita absolute sit satisfactio Christi superabundans non fuit, vel non fuit necessaria,

Rationem hanc tetigit primus Sorus citatus de Nat. & grat. & licet præter eam prolixius à Recentioribus, vel leui solum præmatur calamo, maturiori meditatione digna visa nobis est. Sic habet quia infinita est persona offensa mortali, & egest infinita persona satisfaciens: ergo Christi satisfactio pro mortali non est superabundans. Probatur consequentia. Id est superabundans respectu alterius quod illud replet, & aliquo sui excedit, & exuberat; aut in hac opinione satisfactio Christi pro mortali eius offensam non excedit: ergo non est superabundans satisfactio Christi pro mortali. Minor, suadetur. Æqualitas satisfactionis in hac sententia desumitur ex æqualitate personæ satisfaciens cum personæ offensa; ergo ubi est æqualitas utriusque, ut hic, nequit esse inæqualitas offensa, & satisfactionis excedentis. Vt ergo: vel ad æqualem satisfactionem impendenda necessario est tota dignitas satisfaciens æqualis cum offenso vel non, sed satis est minor si tota æqualis impendi debet; ergo tota æqualis dignitas æquali satisfactioni impenditur, quin aliquid ad superabundantiam satisfactionis exundet si non tota necessario impenditur; ergo minor dignitas satisfaciens sufficit ad satisfactionem æqualem, & absolute talem: ergo personæ diuinæ incarnatio necessario absolute non fuit ad rigide æqualem satisfactionem pro mortali; sed satis erit creatura gratia, donis, dignitatibusque aliis excellentioribus, atque infinitis, si velis ornata. Male ergo necessitatem incarnationis euentam, infinitas mortalis inducitur: qua etiam posita vel satisfactio Christi superabundans non fuit, vel non fuit necessaria.

2 Dices primo Creaturam ita ornata nondum attingere dignitatem personæ offensa. Contra: Ergo opus est ut attingat, ut æquè satisfaciatur: ergo quæ æquè attingit non satisfacit superabundanter, ut altero dilectissimi membro inferebam. Dices 2. opus non esse, ut attingat, sed, ut habeat dignitatem maiorem, quam possit habere pure creatura; quia quantumvis hæc eleuetur infinite distat à dignitate Dei offensa: quare neque proxime accedit ad offensa dignitatem, ut opus est ad satisfactionem. Vnde nisi æquali & diuinæ est satisfactio impossibilis: eaque satisfaciens est superabundans: cum de se proximitas ad æquam satisfactionem satis esset, neque requiratur æqualitas. Contra 1. ergo iam non est per se necessaria incarnatio diuinæ personæ ratione infinitatis offensa simpliciter & absolute talis, pro qua satisfaciendum est: sed quia persona, quæ attingat satisfactionem, minor non adest; licet satis foret minor, si in ea proportione iusta, & æqua adest: ergo sicut ad soluendum aureum scuto, vel adamante opus simpliciter non est, licet aliquando quia aliud non adest, scuto vel adamante debito solueretur: ita ad satisfaciendum pro offensa infinita Deo illara per mortale necessaria per se, & absolute incarnatio non est. Contra 3. ubi nam tua ille ratio consistit? Persona infinita offensa exigit personam infinitam satisfaciens, quam, nisi per se probare defendas, intento, & causa cades si enim per se, & ab intrinseca magnitudine offensa siue infinitate simpliciter ex infinitate dignitatis personæ offensa necessario desumptæ non probet, neque per accidens probabit. Negabitur enim facile eam infinitatem offensa ex personæ infinita dignitate desumi.

3 Imo probatur facile contra res quæ offensa, quæ

per se requirit ad satisfactionem personam infinitam satisfaciens maior proculdubio est, quam offensa hæc, quæ per se est minori tantillum, quam infinita, si in creatis adest, soli satisfactione possit: ergo offensa hæc de se, & specie sua infinita simpliciter non est: si quidem maius aliquid in ratione, & specie offensa, quam infinita simpliciter, ne cogitari quidem potest: quare, quæ minor est, non infinita simpliciter, sed finita simpliciter, & absolute conuincitur; Hinc inferetur, ergo pro illo poterit à creatura pura finite profus dignitatis satisfieri: ac proinde, ut pro illo satisfiat incarnatio necessaria minime fuerit. Contra rursus: qui a si offensa magnitudo crescit proportione arithmetica ex personæ offensa dignitate, atque item satisfactionis magnitudo eadem arithmetica proportione ex dignitate satisfaciens, atque ideo offensa infinita est simpliciter, quia infinita est persona offensa: ergo non aliter erit infinita satisfactio simpliciter, nisi à persona satisfaciens infinita: ergo minoris dignitatis persona, quamuis ad infinitatem proximè recedat, non æquabit satisfactionem sua offensa: ergo infinita dignitatis persona necessaria per se erit, ut æquet offensa satisfactione: ergo nihil infinitæ personæ superabundat, ut pro mortali offensa satisfaciatur, sed tota impenditur ut æquet; ut supra arguebam. Si autem neque offensa magnitudo crescit proportione arithmetica ex dignitate personæ offensa, sed solum proportione geometrica, ut vere sic crescit, offensa persona infinita, finita erit non infinita: quare, neque persona infinita satisfaciens opus habebit, vel si habet, nihil in eius satisfactione redundabit. Denique nullius quantumvis dignioris, & dignioris creaturæ satisfactio æquæ absolute potest offensam mortalis; ergo per se requiritur, ut æquet, satisfactio personæ diuinæ, nec minor, quam diuinæ satis erit: quare nec huius satisfactio superabundabit.

4 Dices vnica Christi summissio, quæ infiniti valoris est, exhibitio, non solum pro peccatis mundi, sed, & pro infinitis aliis, si adest, sufficienter esset satisfactum; quare pro mundi, quæ fuerunt peccatis, superabundanter esse satisfactum, ut de merito, & premio philosophamur. At in hac sententia philosophiam de merito ad satisfactionem traduci non posse; in ea quippe requiritur ad satisfactionem exhibitio tantumdem satisfactionis, quantum fuit offensa rigide æqualitate inter utrumque seruata; non sic, ac si in materia iustitiæ essent, & offensa, & satisfactio: In materia autem iustitiæ, & æqualitatis seruande inter offensa, & satisfactionem vnum infinitum pluribus æquialere non posse, ac proinde neque eadem re infiniti valoris pluribus titulis, seu debitis infinitis, imo infinito vni, & alteri finito satisfieri maxime, si res illa multiplicabilis sit ostendimus late disp. 1. q. 3. cert. 1. num. 4. Ergo cum Christi actus satisfactionis multiplicabiles sint vnico, licet infinito, nequibit ad æqualitatem satisfieri pro pluribus tot hominum, infinitis offensa, sed solum pro vna. Vnde, cum Christi actus satisfactoris pauciores fuerint, quam actus mortales omnium hominum existentium, nedum possibilem, non solum superabundans, sed æqualis adhuc Christi satisfactio non erit. Contra secundo: satisfactio Christi, quia simpliciter infinita, æqualeat omnibus infinitis offensa mortali bus omnium hominum etiam possibilem, quare & est superabundans pro mortali bus omnium absolute existentium: ergo offensa cuiusvis mortalis, quæ simpliciter infinita per te, æqualebit omnibus infinitis satisfactionibus, non solum, quæ à verbo incarnato fuerint, sed quæ tam ab ipso quam ab aliis duobus personis diuinis, si incarnarentur, possent exhiberi: vnde tuo argumento inferetur offensa cuiusvis mortalis esse excedentem & superabundantem satisfactioni Christi, quam omnibus mortali bus superabundantem asseris: ergo tua solutio, & discursus ad contradictionem Compelleris. Quod si dicas mutuum superabundantiam offensa mortalis & satisfactionis Christi, non quidem mutuum excessum, sed mutuum potius æqualitatem

tatem convincere: iam admittes Christi satisfactio- nem pro mortali superabundantem non esse contra patrum Ecclesie sensum, & contra rationem etiam in- finitatem malitiæ, aut offensæ mortalis defendas.

CERTAMEN II.

Si infinitas offensæ mortalis stet, satisfactio Christi insufficientis fuit, neque ad æqua- lem exhibendam incarnatio necessaria.

NI suæ mens nostra cogitationi aduletur vide- bunt, infinitatis offensæ in mortali adinven- tores, in quantum cogantur absurdum nisi à sua senten- tia recedant, sic arguo. Infinita hæc offensæ mortalis fiat per vos in contemptu, & dehonoratione Dei sum- mæ, atque infinitæ excellentis dignitatis à perso- na tibi, scilicet homuncione infinite proinde distanti per decrementum dignitatis à Deo offenso: ergo ne- quit offensæ hæc infinita compensari æquivalenter in æstimatione summitione, & obsequis ab humanitate Christi exhibitis. probatur primò consequentia: quia homo Deus siue humanitas Christi satisfaciens, etiam ut sanctificata, & dignificata ab unitis sibi persona, & natura divina, tantæ sanctitatis, & excellentiæ non est ac ipse Deus offensus, licet sit infinite sancta, ex- cellens, ac digna, ut ostendimus controu. 4. d. 4. q. 3. cert. 1. num. 3. & toto cert. 2. sed nequit offenso in hoc modo philosophandi ad æqualitatem satisfieri à minus excellenti, & digna persona, ergo neque Deo offenso potest ad æqualitatem à Christo satisfieri. Sed admissa gratis æqualitate dignitatis humanitatis Christi cum Deo offenso. Probatur secundo consequentia. Æstima- tio inhonorationis, & offensæ desumpta ex distantia per decrementum minoritatis in dignitate personæ of- fendentis à persona offensa petit in æstimatione ad æqualem compensationem tantumdem distantie per excessum in dignitate personæ satisfaciens à persona offensa: atque hunc excessum nequit habere humani- tatis Christi, ut dignificata à persona, & natura divina sibi unitis respectu Dei offensi per mortales; ergo ne- que humanitas Christi, ut dignificata à verbo incarna- to exhibere potest satisfactioem æqualis æstimationis pro offensæ mortalis. Maior probatur, quia contemp- tus, ac dehonoratio æqualis, à persona æquali in dignitate tanta solum summitione æqualis ad æqua- lem offensum, ut minimum, compensatur æquivalen- ter in æstimatione: at qui contemptus idem, & deho- noratio facta superiori ab inferiori in dignitate exce- dit valde (imò in horum opinione infinite) eundem contemptum, & dehonorationem factam ab æquali: ergo satisfactio ab æquali facta excessum illum deho- norationis factæ à superiori æquare in æstimatione ne- quit, alioqui minori dehonorationis factæ à perso- na æquali personæ offensæ, erit inæqualis, & æqualis contradictione manifesta.

2 Res est in hoc modo taxandi magnitudinem of- fensæ per augmentum dignitatis offensi, & decremen- tum offendentis prorsus clara. Dehonoravit plebeus Principem virum: eripe satis, ut dynasta Principi æqua- lis ipsum honoret, seque nomine, aut vice offenden- tis submitat: minime gentium: sed opus erit, ut Rex, Princepsve superior Principem dehonoratum à plebeio honoret, ut illi satisfiat: nusquamque videmus æqualis hominis honoratione, & summitione satisfactum ali- cui fuisse pro dehonoratione ipsi à suo vilissimo man- cipio irrogata. Dices posse compensari excessu hono- rationis, & summitionis factæ ab æquali defectum ex- cessus dignitatis in æquali satisfaciens; Christus au- tem plus à Deo pro homine submitit, quam homo Deum contempserit. Vide quid dicas: ergo minimo opere virtutis Christus non satisfaceret pro mortali ho- minis ad æqualitatem. Secundo: ergo, cum ad eodè plu-

res, & plures fuerint contemptus omnium hominum, quam actus virtutum exerciti à Christo pro omnibus ad æqualitatem non satisfaciunt: cum ferè dogmaticum sit Christum quouis perexiguo opere pro omnium ho- minum etiam possibilem mortalibus æqualiter, imò superabundanter satisfecisse. Tertio, si infinitas perso- næ diuinæ satisfaciens, ex qua sola rosa desumitur in- finita satisfactio Christi, non arguet æstimationem offensæ mortalis infinite, imò indiuisibiliter infinite, infinite erat minor in æstimatione satisfactio: quicquid enim infinito minus est, infinite minus est, ut patet: quid ergo præstabit finitum maioris summitionis aug- mentum, ut infinitum excessum offensæ in æstima- tione exæquet.

3 Dices negari non posse valorem, & æstimabili- tatem satisfactioem Christi esse infinitam, Deoque inde- bitam. Sed quid inde miramus, an sint indebita Deo Christi opera: quia non agimus modo de satisfactioem Christi ex iustitia, sed ex æqualitate æstimationis operis satisfactorij cum offensæ. Deinde Christi opera Dei esse ostendimus disp. 1. q. 3. cert. 3. & 4. atque in Berna- lis opinione (quem contra expressius pugnamus) de feruiture Christi indubitatum esse debet. Illud de infi- nitate satisfactioem Christi dogmaticum est, sed quod ægrè in aduersariorum doctrina, & discursu defendi queat. Etenim ut satisfactio infinita sit, debet æquare compensatione sua offensæ omnem; ostendimus autem ne vnâ quidem equari è satisfactioem Christi in hac do- ctrina: ergo in eadem infinita satisfactio Christi non est. Dices in dignitatibus creandis locum habere exhauri- tionem dignitatis æqualis ad satisfactioem pro of- fensa facta ab æquali, sed in dignitatibus personarum diuinarum, quæ cum infinitam simpliciter satisfactio- nem constituent, omni offensæ etiam ab inæquali factæ æquivalent. Contra: quia, etsi infinita sit dignitas sat- isfaciens offenso, infinite etiam digno, tota impen- detur in satisfactioem iniuriæ ab æquali offensore: ergo nihil redundat in satisfactioem, quod æquet exce- ssum offensæ, & infinite viliori persona irrogatæ. Vergetur, & explicatur. Titulo dignitatis personæ offensæ ab æquali erigitur tota dignitas æqualis satisfaciens: ergo pro alio titulo vitalitatis personæ offendentis in- finite distantis per minoritatem dignitatis à persona offensa ex quo ad eodè per te crescit offensæ in æstima- tione mortali, scilicet infinite, nihil est, quod offeratur ab æquali satisfaciens. Recole quæ notabamus disp. 1. q. 3. cert. 1. num. 4. Ponit item Deum, diuinæque perso- nas ab humanitate Christi offensas mortaliter, ut qui eam antecedenter peccabilem admittunt fieri absolute posse arbitrantur. Non nota infinita dignitas humani- tatis Christi offendentis necessaria esset, quin aliquid redundaret, ut offensæ satisficeret, sed vitalitate cratu- ræ infinite distantis per decrementum dignitatis à perso- na diuina offensa in mortali, crescit immensum æsti- matio offensæ; quoniam ergo excessus hic æquabitur satisfactioem æqualis personæ Christi satisfaciens, licet infinita eius dignitas sit, cum eius dignitas tota taxato ad æquam minoris offensæ satisfactioem, impendenda necessariò erat.

4 dices quia meritum Christi infinitum est etsi præ- mio simpliciter infinito præmiaretur, tamen aliud me- reretur, & aliud de condigno quia condignitas exhauriretur infinito præmio primo: ergo, neque infinita satisfactio Christi satisfactioem offensæ Dei ab æquali exhauriretur, ita ut nequeat attingere satisfactioem excessus offensæ Deo illatæ à viliori creatura. Respon- detur negando in primis antecedens, si enim præ- mium daretur simpliciter infinitum est possibile, sed solum secundum quid, v.g. in quantitate intensiua, exten- siva, aut discreta, quod non est infinitum simplici- ter, sicut esse asseritur ab aduersariis mortale, licet fal- sò. Nihil enim nisi diuinum, & in creatum secundum se infinitum simpliciter, & è genere suo est. Hinc om- nibus personis possibilem æquatur meritum Christi, imò omnia valore merito excedit: quare mirum non est, si dando in præmium infinito intensiua, vel dif-

creto aliis omnibus premiis obtinendis valor meriti superest merito Christi, quia vni, aut pluribus, non æquatur solum; sed excedit. At valor satisfactorius, in horum sententia & discursu, non excedit offensæ factæ ab æquali: quare exeditur à facto ab inferiori; unde, neque infinitus est, & licet esse admittatur, non est factis ad utrumque; cum offensæ factæ ab æquali tantum sit, iuxta hunc modum philosophandi, æqualis.

• CERTAMEN III. •

Posita infinitate offensa, & qualitate satisfactionis Christi incarnatio ad satisfactionem necessaria minime foret.

1 **P**ROBATUR conclusio: quia eis positus posset adhuc à puro homine æqualis valoris cum offensæ satisfactio exhiberi pro mortali: ergo neque eis admissis ad satisfaciendum pro mortali incarnatio necessaria foret. Consequentia est certa; Probatur antecedens: nam si persona diuina sine vnione ad naturam humanam, vel Angelicam ex Dei decreto, & pacto illam mitteret, egregiaque in satisfactionem pro mortali obsequia præstaret, actiones illæ nomine diuinæ personæ exhibitæ æquam moralem æstimationem haberent cum æstimatione offensæ mortalis: ergo per creaturam puram præstari posset pro offensæ Dei æqualis satisfactio. Probatur antecedens. Sicut mortali offenditur persona diuina submissione illi creaturæ nomine diuinæ personæ æqua esset æstimatio moralis ex dignitate personæ se submittentis cuius nomine ex: cetur summissio: non secus ac si Rex æqualem alium Regem offendisset, postmodumque legatum, seu procuratorem mitteret, vt suo nomine, & autoritate, suamque agens personam non propriam se læso Regi submitteret: tunc enim in communi æstimatione morali, & ciuili submissione illa sui legati læso Regi satisfaceret: nam sicut in imagine, in signibus, & legatis præsertim Rex, & lædit, & læditur in propria persona, & maiestate, ita, & satisfactio, ac ipsi satisfit. Ratio à priori nostri antecedentis est: quæ actio procuratoris ex nomine, & persona sui principalis facta censetur in morali, & ciuili æstimatione actio ipsiusmet principalis.

2 Respondet Bernal. disputatione 4. sectione 7. §. 2. numero 154. actionem satisfactoriam esse maxime personalem, ac proinde valorem accipere à persona proprie, & physicè illam eliciente. Sed contra, qui licet sit maxime personalis, non eo sensu quem Bernal. intendit, sed quem dedimus disputatione 1. q. 2. cert. nempe personæ offendentis, vt nisi aliqua sit offensæ remissio ab alia persona quam offendentis nequeat fieri læso satisfactio: aut in sensu Bernalis, quod scilicet valor satisfactionis nequeat provenire nisi à dignitate personæ illam physicè elicientis, personalis non est. Sicut enim læso, & offensæ potest per legatum fieri, quin illius æstimatio ex persona legati pensetur, sed principalis, (alioqui maior esset iniuria: cum legatus alius Regem alium sui Regis nomine durius, & iniuriosius alloquitur, cum longè sit Regi iniuriato indignior: ita & satisfactionis per legatum physicè illam exhibentem nomine, & autoritate Regis valor, ex Regis dignitate moralem, & ciuilem æstimationem habebit. Contra secundò: quia in re præfenti inhonoratio, læsioque Dei per mortale non attingit immediatè, & in se physicè Deum: & tamen accipit æstimationem moralem à dignitate diuina per te: ergo licet satisfactio non attingat in se physicè personam diuinam satisfaciendam immediatè, quia non ab illa: sed à legato physicè immediatè elicitur, ta-

men ab illa æstimationem moralem recipiet: cum eius nomine, expressæque voluntate, & persona se legatus submittat.

3 Confirmatur, & explicatur: quia eatenus offensæ mortalis Deum attingit quatenus Deus prohibet: ergo eatenus solum attingit Deum quatenus attingit legem ipsius, quam violatiquare non Deum immediatè, & in se imò sæpe non est legis diuinæ notitia, sed solum dissonantia ad rationem naturalem; sæpe etiam est Dei prohibentis, vel nulla, vel perexigua consideratio & attentio; quin, & quando magna adest, non adest tamen contemptus expressus legis diuinæ, neque ex eius, Deique contemptu delinquitur, sed quia voluntas creata commoditate voluptate, & fragilitate cedit: ergo expressa submissione per legatum suum physicè elicit pro eo satisfit. Confirmatur rursus. Nam quantumuis seuerè Rex præciperet, etiam sub læsa maiestatis pœna aliquid subdito: sique ob passionem communitatemque sine expresso legis, ac præcipientis contemptu, præcepto Regis contraret idque ita non aliter factum Regi constaret, tuncque Rex alius per suum legatum se Regi illi pro subdito transgressore submitteret, sufficenter quantum ad æqualitatem læso honori Regis satisfaceret, imò etiam expressè lex, Rexque ipse fuisset à transgressore contemptus: ergo persona diuina per puram physicè creaturam à se ad id destinatam, & legatam, vt suo nomine Deo pro graui hominum transgressione submitteretur honor læso, offensæque diuinæ (esto infinitæ) faceret factis: ac proinde necessaria incarnatio non esset. Hoc argumento vtrò contra Bernal. licet aliquis non factis firmum videam ex alio capite: persona siquidem diuina nequit se, nec alteri personæ Trinitatis adhuc per legatum submittere, aut ex virtute quapiam satisfacere, cum eisdem ad seipsum satisfactio ex virtute vlla esse non possit, neque ab eadem voluntate offensi promanare.

4 Melius probatur argumento illo nostri Vasquez. memorato disputatione prima, quæstione tertia, certamine tertio, numero quarto; cui est impossibilis satisfactio, impossibilis obligatio ex quacumque virtute sit; atque graui peccatoris est impossibilis prorsus per te satisfactio offensæ diuinæ; ergo, & est impossibilis obligatio. Inde rursus: ergo, & est impossibilis satisfactio personæ diuinæ pro offensæ graui peccatoris. Patet: nam satisfactio vnus pro aliquo supponit essentialiter in hoc aliquo obligationem; alioqui enim, qui damnus à me alteri illatum, quodque ego refarcire non debeo compensat fratris, pro sua voluntate compensat, non vt alicui obligationi satisfaciatur: quare compensatio illa satisfactio non erit, sed gratuita, ac liberalis donatio; Suum etiam hic locum habet aliud argumentum de debito mortalis subiectiuo nostri Vasquez pro quo toto posse satisfieri ab ipso peccatore per actum suæ contritionis perfectæ, doctè, & acutè ipse probat. Quidquid enim sit de magnitudine, seu infinitate mortalis vbi primum aboletur contritio perfecta, nec macula neque offensæ ipsius remanet sed hoc argumentum expendimus disputatione tertia, quæstione 1. a. certam. 2. numero quarto, vbi solutiones recentiorum Complutensium eneruabimus, indeque lector omnia huc eodem robore aduocari posse videbit cum æquè probet argumentum de satisfactio pro offensæ, & macula mortalis, siue finita, siue infinita sit, vt legenti constabit.

* *